

## 28. LIUTPRAND. 712—744.

C. Jun. 10. Ticini. Liutprandus, Ansprandi ex Theuderada filius, patre adhuc vivo rex a Langobardis levatur. PD. VI, 35. (Paucis diebus ante mortem Ansprandi hoc factum esse testatur Paulus, et omnino consonant chartae).

C. Jun. 13. Ticini Ansprandus rex moritur.

Jun. 13. Ticini in eccl. S. Adriani. Epitaphium Ansprandi regis. 'Datum Papiæ' (Dp = Depositus?) 'die Iduum Iunii ind. decima'. Romuald, Papiæ sacra IV, 50; Muratori, SS. I, p. 502 n.; Ann. a. 712. IV, 223; Zanetti II, 511; Troya 392.

713. Ind. 11— Spt. 1—12; Liutprandi a. 1— Iun. 10—2.

Febr. 28. — Liutprand rex 'anno regni primo, pridie Kal. Mart., ind. undecima, una cum omnibus iudicibus tam de Austriæ et Neustriæ partibus, quam de Tusciæ finibus vel cum reliquis fedelibus Langobardis et cuncto populo adsistente' capitula legum edicto addenda constituit. MG. LL. IV, 107.

\*Apr. 2. Papiæ. Liutprand rex donat monasterio S. Petri in Celo Aureo Ticinensi Alpem Plananum cum omnibus pertinentiis ecclesiisque inibi fundatis, multaque alia prædia, et constituit immunitatem. 'Anno . . regni I, ind. X'. Spurium. Ex apogr. sec. XII. arch. diplom. Mediol.: Hist. patr. mon. XIII, 1.

Liutprandi regis 'loci fundatoris' praeceptum monasterio S. Petri quod vocatur Coelum Aureum datum citant et confirmant Otto III. rex a. 989, Apr. 5. BR. 662; St. 923; Troya 399, et Chuonradus II. imp. BR. 1384; St. 2036; Troya 504. Tale praeceptum anno tertio Liutprandi Lucedo presb. datum citat Mabillon, Iter Ital. p. 221. Cf. Hist. patr. mon. XIII, 138 n. 3. 46

714. Ind. 12— Spt. 1—13; Liutprandi a. 2— Iun. 10—9.

713. Spt. 1— 714, Jun. 10. In civitatem Lucensem. Fortunatus et filius eius Bonuald presbyter fundant cum licentia Talisperiani episcopi et 'cum gratia' Walperti ducis Lucensis ecclesiam S. Petri in vico Cassiana, cui quaedam prædia donant. A. regni II. per ind. XII. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. I, 227; Brunetti I, 422 no. 4; Barsocchini V, 2 no. 4; Troya 394. 47

\*Aug. In curte dni. regis in civitate Senis. Ambrosius maiordomus a rege in partes Tusciæ missus iudicatum facit de quibusdam baptisteriis et de duobus monasteriis, de quibus lis erat inter Lupertianum Aretinum et Adeodatum Senensem episcopos. Lupertianus causam obtinet. 'Facta notitia . . regn. d. Liutprando . . anno III. ind. II'. Burali, Vescovi d'Arezzo p. 21; Ughelli I, 410; Lami,